

talibus) et suggestioni placiti data ad sensum spondimus, et jure mansuris rebus privilegium fieri, presentem nostram deliberationem, precepimus, videlicet ita duntaxat ut empta pretio infra terminis nostris, in locis memoratis, sempiterna donatione possideat dicta jam sancta ecclesia a nemine infestante. Tandem vero prefatam ecclesiam de regali territorio ab orientali et occidentali parte, a rupe montis, usque ad mare, ab utroque latere terminos cum lapideis, et ferro signatos, infra quos terminos nullius adjacet territorium, nos diligenter condonamus, et hoc in augmento sancte Salonitane ecclesie, proferentes firmamus, et ut singulis annis de omnibus nascentibus (Luc. et Farl. omni nascentia) terre ex curte nostra, que Clusan dicitur, decime inferantur in memoratam ecclesiam, quas decimas antecessor noster Mislavus (Luc. et Farl. Mislavo) dare cepit; si quis vero de superscriptis, quidquid Deo inspirante, amore sanctorum inflammati devoto pectore obtulimus, concessimus, & imposterum inconvulsa firmata manere (Luc. et Farl. valere) censuimus, in cenobium sanctorum martyrum Domnii et Anastasii, Cosme et Damiani; et si quis diripere, vel subtrahere, aut per vim opponere tentaverit, iram Domini Salvatoris, et sanctorum omnium maledictionem, quidem CCC patrum et octodenas vinculo insolubili anathemate Maranatha denodetur, dividetur et evellatur divino judicio a cognatione et patria, uxore et filiis, qui separare donationem nostram temerarie a sancta matre ecclesia jam factam presumpserit, foveatur itaque hic litigantibus cum eo vicariis sanctis religiosorum subsistentium, Principum gratia tam nefandum (Luc. et Farl. nefandi) faciens quisquis ille defunctorum oblivioni dans, et lumen animarum eorum octinguens (hanc constr. omiserunt Luc. et Farl.), et in novissimo die magni examinis, cum diabolo, et ejus tetrīs angelis, & Juda Iscariote, Christi proditore in gehenna barathri muneretur (Farl. numeretur), ubi ignis nunquam exstinguitur, et vermes impiorum non moriuntur.

Actum in loco qui dicitur Byaci, tempore nuper fato, et testium notitia, presentia, communi voto, & voluntate corroboratum (Luc. et Farl. corroboratum).

Signum manu, meque ipso Tirpimiro Duce, hujus rei concessore et auctore.

Signum manu Comicino Zuppano Testis.

"	"	Pretilia	"	"
"	"	Nemustlo	"	"
"	"	Zarsata	"	"
"	"	Lodovico	"	"
"	"	Ozanulo cum fratre.		
"	"	Negutia Camerario testis.		
"	"	Zullo (Luc. et Farl. Zupp.) testis.		
"	"	Potecano testis.		
"	"	Zutimuslo (Luc. et Farl. Zatimuslo) testis.		
"	"	Damay testis.		
"	"	Dominico Presbytero Capellano testis.		
"	"	Cipriano Presbytero Capellano testis.		

Ego Martinus presbyter capellanus preceptione domini mei Ducis memorati, rogatus scripsi, & manu propria opus compleui, signum manu feci.

Hec sunt nomina servorum de Masaro, pertinentes eos, in sancta matre ecclesia b. Domnii, scitote numerum eorum, sunt in primis: Carento, Postellio, Nassezai, Domaciai, Ylena, Trubula (Luc. et Farl. Trubasa), istis cum suis feminis.